



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 20. De iis excusant ab executione voti emissi,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

272. Sed queret aliquis, An votum ipsum solenne religionis intra pubertatem emissum, ita nullum sit; vt ne voti quidem simplicis vim habeat. Ad quod Syluester in cotta quest. 2. negatue responderet, credens obligare tanquam votum simplex: idq; de mente D. Thomas 2.2. quest. 189. art. 5. Idem etiam Palud. non obscure innuit in 4. distin&. 38. quest. 2. divisione septima: & post eum D. Anton. in memorato cap. 3. §. 2. circa principium: dum dicunt impuberis non posse professionem facere quia valeat ut sollemnitas: per quod, rr. videtur, significant valere tantum ut votum simplex. Contrarium vero tenendum est cum Caier. ad prius memoratum D. Thom& art. 9. col. 1. & cum Soto in citato art. 2. paulo ante solutionem argumentouf. Probat enim aperte ex eo, quod in cap. vniuersitatis, De regulari. in 6. taliter professo fiat potestas libere redeundi ad seculum: quod sane Ecclesia minime faceret, si alisteretur quantum in se est, religiosum seruare institutum. Ad idem quoque aperte facit Concil. Trident. cum in memorato cap. 15. professionem in quaquamque religione, sive virorum sive mulierum, factam ante decimumseximum annum, decernit nullam esse, nullamque inducere obligationem ad aliquius regulam, vel religionis vel ordinis observationem, aut ad alios quoescumque effectus. Non debet vero nos mouere quod a Sylvestri pro se D. Thomas citetur; quia dubium non est quin huius mentem melius quam ille, assicuri sunt Caier. & Soto, eius quoque perpetui sectatores ac interpres commendatissimi. De Palaudano autem & D. Antonino dici potest eos tantum significare voluisse, quod impuberis nequeant votum solenne emittere, licet facere possint votum simplex: adeo quia minime id intendit, quod ex dicto ipsorum illatum est.

273. Porro ea de qua hic agitur pubertas, consideranda est praesceps, penes etatis annos: ut nimirum nunc secundum ius nouum in Concil. Trident. editum, sive masculus sive feminina, nisi 16. annum expleuerit; & antea secundum ius antiquum, nisi masculus 4. & feminina 12. annum impleuisse, nequievit valide facere solenne votum religionis: quantumvis ante eam etatem effetti ita dolii capax, ut iam haberetur pro pubere, quemadmodum notatum est à Diuo Antonino 2. partit. undecimo cap. 2. §. 6. & 3. p. r. s. t. 16. cap. 3. in princip. & a Soto lib. 7. De iust. & iure quest. 3. art. 2. conclusio. Neque refert, quod circa matrimonium (ad quod etiam pubertas requiritur) malitia seu dolii capacitas possit eam etatem supplerre, iuxta cap. De iust. 2. & cap. finale De desponsatione impuberum. Non refert inquam, quoniam ea de qua loquimur voti inualiditas, non spectatur ex rei natura, sicut inualiditas matrimonij; sed ex eo Ecclesia statuo, quo impuberis professio nulla est: quid malitia etatem suppleret.

274. Quod attinet ad cetera vota, nihil circa tempus etatis, Ecclesia de eis prescripsit: adeo ut si quis iam dolii capax intra pubertatem suscipere sacram ordinem, solenni continentia voto adstrictus esset, ut habent Caier. 2.2. quest. 88. art. 9. & Soto in 7. De iust. & iure quest. 3. art. 2. Eadem quoque ratione, vota simplicia ab impuberis emissia censenda sunt valida: sicut et legittimum habuerit rationis visum, ex eodem Caetano ibidem, & in verbo Votum cap. 3. & 2.2. quest. 189. art. 5. Id quod verum est, etiamsi votum sit simplex religionis, prout Syluester expressi in verbo Votum 3. quest. 5. cui Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 68. consentit, repudiata contraria (quem Angelus & Rofella insinuant) sententia.

275. Adverte autem, quandonam puer legitimum rationis visum habeat, non posse certo definiri ex tempore; quoniam is solet alii citius & alii tardius aduenire, ut constat experientia, vnde non est tam ad etatem quam ad dolii capacitatem attendendum: nimirum considerando ac expendo capiatne quid importet votum Deo facere, prout Caier. ait in citato cap. 3. Aut an polleat eo rationis visu, quo possit mortaliter peccare; quod idem est, ac posse diabolo fe obligare: si enim comprehendatur potuisse quādo vovi, indicari debet, iuxta antedicta, cum deliberatione ad validitatem sufficienti, voviisse. Quam omnium sententiam esse notar Nauarrius in eodem num. 68. Ad-

dens nihilominus quod possint parentes & tutores omnia taliter ab impuberibus emissis vota irritare. De qua re in seq. cap. 21.

C A P V T X X.

De iis que excusat ab executione voti emissi.

S V M M A R I V M.

276. Quatenus ratione dubii, detur excusatio ab executione voti emissi.
277. De ea que datur ratione materiae, generale documentum, cum corollariis ex eo deducit.
278. De eo qui voviit ieunare, & impeditur exequi ob infirmitatem corporis.
279. Ingredens religionem non tenetur implere votum peregrinationis Ierozolymitanæ: nec tenetur quis seruare votum non transiendi feri aliquem vicum, si causa iusta ob quam emissum est, cessabit.
280. Impossibilitas implendi votum, absolute liberat ab eius executione, silla sit perpetua, non item si tantum temporalis.
281. Quando impossibilitas excusat, nihil necesse est commutacionem fieri in aliquid possibile; & cum impossibilitas excusat solum ex parte, reliqua pars possibile est executioni mandanda.
282. Explicatio difficultatis, An famina que virginitatem voviit, liberat a voto, si formicetur.
283. Qui votum à se emissum non potest per se implere, non tenetur per alium; exceptu duolus casus.
284. Quatenus ex intentione voviendi habeatur excusatio à voti executione.
285. De obligatione ad executionem voti sub conditione.
286. De obligatione ad executionem voti, cui definitum est certum tempus: & quid sit agendum, cum nequit quis comprehendere, ad quod tempus si voluerit se obligare.
287. Quid agendum, cum v. u. ex conscientia sua iudicio reprehendere nequit, an pecet differendo executionem sui voti.
288. Responso ad dubium, An qui tempore p. fixo non impluit votum teneatur, alio sequenti tempore implere.
289. Quid agendum, quando in idem tempus incident duorum votorum executiones incompatibilis.
290. Quid sit iurandum de obligatione ad ieunium incidente in diem Dominicum, aut nativitatem Domini.
291. Quid sit agendum cum quis sine non potest quodnam ex pluribus voviit.
292. Quid cum illud, de quo emissum est votum, recipit maius & minus.
293. De loco & tempore in quo votum mandandum est executioni.
294. Define & modo actionis, quod non cadant sub votum.

E X C U S A T I O ab executione voti aliquando continet ratione dubij de voti validitate, aliquando ratione materiae, & aliquando ratione intentionis.

De excusatione dubii de validitate voti.

S E C T I O I .

A D hanc excusationem spectant ea de quibus discussiuntur aliis magno numero citatis Thomas Sanchez in lib. 1. De matrimonio disput. nona, dubio 3. & Suarez De religione tra. 6. lib. 4. cap. 5. Sufficientia ad nostrum institutionum completemur aliquot documentis. Quibus primitendum est, dubium quoddam esse negativum, & quoddam positivum: negativum quidem, cum intellectus sic est suspensus, ut neutrī parti probat assensum; quia pro neutrā rationes habet, que sufficiant ad seendum iudicium probabile: positivum vero, quando verique parti adhibet assensum, quia pro vtraque rationes habet sufficientes ad iudicium probabile ferendum. Quod si pro una tantum parte rationes probabiles habeat (quia scilicet conjectura quae in alteram occurrit, adferunt solummodo formidinem, non item evidenter aliquam moralem) non erit censendus dubius, sed certus moraliter de eadem parte.

276.

L 4

Qui-

Quibus ita præmissis. Primum documentum sit, in quo Doctores consenserunt Suarez, num. quinto notat, iudicantem probabilitatem se non emissæ votum, etiam si rationes forte habent, quæ probabilitatem siadeant oppositum, non teneri ad illius executionem. Ratio est, quia cum probabilitas est in vitamque partem: licetum est homini, quam maluerit sequi: prout docuimus in præced. libro 13. num. 86.

Secundum est. Iudicantem probabilitatem se votum emissæ: nec habentem in oppositum probables rationes, sed solum conjecturas insufficienes ad prædictum iudicium, teneri ad illius executionem. Ratio est, quia probabilitas facit certitudinem moralē, quando non est alia similis in contrarium. Nec obstabit: quod ea sit cum formidine: siue maiore siue minore: quia humanæ res non ferunt evidentiā cognitionis quæ careat formidine.

Tertium est. Eum qui dubio negatiuō dubius est, non posse contrauenire voto suo, antequam diligentiam adhibuerit ad tollendum idipsum dubium per veritatem inuestigationem. Ratio est, quia magna temeritate aliquo exponeret se evidenti periculo committendi peccatum mortale, quale est violatio voti. Quod si non suffpetat potestas inquirendi, iudicandum erit iuxta sequens documentum, cum quis diligenter adhibuit quam poruit.

Quartum igitur est. Eum qui eodem dubio negatiuō dubius est, si post moralem diligentiam adhibitam maneat dubius de voto a se emiso, nec possit probabile iudicium ferre quod emiserit illud; non teneri ad executionem illius. Hoc probatur: quia ex regula 65, iuriis in 6. In paride & causa, melior sit conditio possidentis. Tali dubio autem dubitanus, existimare potest se libertatem suæ voluntatis possidere, quamdiu scire nequit se habere eam vinculo ad strictam. Sic Sotus in lib. 7. De iust. & iure q. 3. art. 2. ait: quando fuerit incertum an impubes rationis usum iam haberet cum voto, iudicandum esse non obligariad voti obseruationem, ut nec obligatur ecclesiastico precepto de usurpandis penitentia & Eucharistia sacramentis, dato in cap. Omnis virtusque sexus De pœnit. & remissione. Rationes contrarias cum solutionibus habet Suarez in citato cap. 5.

De excusatione ab eadem executione, ratione materiae.

SECTIO II.

277.

Excusatio ab executione voti, ratione materiae tunc contingit, cum haec talis est, quæ si interuenisset quædovotum fieret, impediuerit ne ipsum valide fieret, quædam notat Caiet. in verbo Votum cap. 4. & est doctrina D. Thome in 4. distin. 38. quæst. 1. art. 3. quæst. 2. ad 1. quam sequuntur Angelus in verbo Votum 3. in principio. Sylvest. eodem verbo 2. quæst. 1. Supplementum Gabrielis in 4. distin. 38. quæst. 1. lit. F. col. 3. Ex qua iudicium bene infuscatur: quod si materia voti facta sit impossibilis, aut illicita, aut impeditiva melioris boni, aut redditia indifferens, executio voti sic impeditatur, ut ab ea qui voto excusatetur: quoniam, vt ante in cap. 18. habitum est, votum à principio de talibus valide fieri non potuit.

Inde autem multa deducuntur. Ac primo, quod si Rex voleat monasterium adificare, & interea à regno expellatur, ita ut sumptus in eam rem necessarios facere sit ei impossibile, ipse à voti sui executione legitime excusatetur: quemadmodum expressit Caiet. in memorato cap. 4. Similiterq; dici vniuersite potest de omni alio, cui ob superuenientem paupertatem impossibile est eleemosynam quæ voto, facere, ex Palud. in 4. distin. 38. quæst. 3. art. 4. conlus. 2. & D. Anton. 2. par. tit. 11. cap. 2. §. 4. Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 39. Obiter autem aduertere, quod interdum actus qui constituitur materia voti, possit executioni mandari secundum suam substantiam, non tamen secundum circumstantiam, quæ intentione votensis sit ei adiecta tanquam necessaria ad obligationem voti: quia scilicet votuens non habuit animum se obligandi quæ ea. In quo casu contingit etiam excusatudo ab executione voti: quia circumstantia in eo apposita, rationem haber conditionis suspensus obligationem. Addita vero tanquam pura circumstantia, nihil tale efficeret: quia tunc haberet tan-

tum modum accessorij, quo cessante non est necessarium principale cessare: vt nec sublatu accidente tollitur substantia.

Deducitur secundo patratione: quod si quis vouluerit singulis sexiis feriis, & postea sic debilitetur virtibus, vt tale ieunium sit ei illicitum propter notabile detrimentum quod adferret ipsius sanitati (nimurum tanquam habens rationem afflictionis virgencis in homicidium; ex Soto in 7. De iust. & iure quæst. 1. art. 3. in fine) est legitime excusat à talis voti obseruatione, quemadmodum expressit quoque ibid. Caiet. & tenet Angelus in verbo Votum 3. in principio. Qui nihilominus vult, quod si possit Superior adiūti, authoritas ipsius expolsi debeat: iuxta doctrinam D. Thome 2.2. quæst. 88. art. 2. ad 3. vbi non obscurè significat, quod si quis magnum & manifestum gravamen sentiat ex eiusmodi voti obseruatione, debeat si possit recurrere ad Superiorem. Quod aduerte intelligendum quod casum, in quo adhuc est dubium nec appetum an per superuenientem infirmatatem ieunium ipsum redatur illicitū. Tunc enim, cum homo in iis que ad ipsum pertinent, facile fallatur, contentancem est ad authoritatem Superioris recurrere. Quoad casum vero in quo materia virtutis fuerit manifestum, nihil tale necessarium est, ex eiusdem D. Thome in seq. art. 10. & caterorum post ipsum communī sententia, quemadmodum habet Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 76.

Iam quod praetextu difficultatis que in ieunio sentitur, ei qui illud voulit, non licet tale votum infringere propria autoritate, existimandum est; iuxta illud quod notatur in supplemento Gabrielis columna tertia ante memorata: nimurum impossibilitatem, non autem difficultatem præstationis, tollere obligationem præstanti quod voto promissum est; prout confirmari potest argumento cap. Quod super his. De voto. Nam ratio eius quod ibi definitur de obligatione redimendi votum, quod proper impedimentum aliquod perpetuum nequit utiliter impleri: non alia esse videtur, quam quod licet impossibilitas implendi tollat, absoluere voti obligationem, difficultas non tollat. Atque hinc est ex Soto in 7. De iust. & iure quæst. 2. art. 1. in materia tertii argumenti: quod etiam si emiso voto aliquid difficultatis experiaris, quam si prænouiles non voulisses, non ideo tamen liber sis à voti tui obligatione: sed illud executioni mandare debcas.

Deducitur tertio, quod habet Caiet. in memorato cap. 4. quod si quis post votum Ieronolymitanum vulnus ingredi religionem, possit ea ratione voti executionem omittere: quia illud alioqui esset impedimentum melioris boni. Idem quoque habet Armilla in verbo Votum num. 10. & satis confirmatur ex cap. Scriptura De voto.

Deducitur denique, quod adhuc ibid. Caiet. habet, & 2.2. quæst. 88. art. 2. vers. Circumstantialis: quod si quis vouluerit non transire per aliquem vicum, quoniam eñi ibi mulier à qua attraheretur ad illicita: eadem muliere mortua, posse illac transire: quia talis voti materia, ex moraliter bona, effecta est indifferens: & ideo votum ipsum non ligat amplius. Id quod notare Sotus lib. 7. De iust. & iure quæst. 1. art. 3. dub. 2. post 5. conclusionem, & Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 28.

Dubitari autem potest circa impedimentum impossibilitatis superuenientis. An ipsum absolute, & ad omne tempus excusat. De qua re statutum Paludanis in 4. distin. 38. quæst. 3. art. 4. conclus. 2. & cum eo supplementum Gabrielis in memorata litera F. col. 2. quod quando non est spes, vt per naturam impossibilitas redeat, voulens liberetur ex toto: quando autem est spes, is excusatetur ad tempus, sed non liberetur à toto. Vnde illi infuscatur, cum quod ob paupertatem impeditur ab executione voti sui, si ad pinguorem fortunam perueniat, teneri pro sua possibiliitate, siue quod partem, siue quod totum executioni mandare, illud quod voulit. Id ipsum significat Caiet. in eodem cap. 4. Inquiens, quod si impossibilitas superueniat toti materiae promissæ, voulens non teneatur ad votum durante impossibilitate. Eademque est D. Anton. sententia 2. parte tit. 11. cap. 2. §. 4. & Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 39. dicentes cum qui reddit ad pinguorem fortunam, vel la-

278.

279.

280.

281. nitiari restituitur, totum quod voulit, vel partem eius quam potest, teneti implere.

Quod vero tunc temporis non sit obligatio ad votum illud, cuius executio reddit a est impossibilis, commutandum in aliquid aliud possibile, notat Sylva, in verbo Votum 2. quæst. 6. Et confirmat per illud, quod supra relatuum est ex D. Thoma: nempe impedimentum, quod ab initio reddidisse votum inualidum, postea superueniens tollere obligationem illud implendi. Vnde patet nihil esse opus commutatione ad satisfaciendum ei. Capitulum autem Quod super his, De voto: vbi ob impedimentum superueniens fit voti commutatio: Sylvestri ipse intelligendum esse ait, non de impedimento impossibilitatis, sed difficultatis: quam antea notauiimus non tollere voti obligationem.

Adhæc sicut superueniente possibiliter implendi partem voti, voulens tenetur, prout dictum est, illam executi, ita etiam superueniente impossibilitate implendi, non quidem totam voti materiam, sed tantum illius partem, executio solum est ab executione eius partis, quam impossibilitas impedit. Id quod locis citatis obseruantur D. Anton. Sylvestri, Caet. & Nauar. Et probatur: quia, ex recepto axiomatico, que ratio est totius ad totum, eadem est partis ad partem. Exemplum datur in hac re de fœmina quæ habens votum simplex castitatis, contrahit matrimonium: quo iam consummato nequit quidem integre castitatem feruare, cum debitum coniugale reddere teneatur: potest tamen feruare aliqua ex parte: nempe non petendo debitum: quod ei liberum est, non obstante matrimonio. De qua re alias cum de matrimonio.

282. De difficultate autem illa quæ hic moueri potest, An fœmina quæ virginitatem voulit postquam semel corrupta est obligetur deinceps ex vi voti, à Venere abstinere: quid tenendum sit, explicatur distinctione. Si enim voulendo intendit solum à prima Venere abstinere (quia solummodo volebat carnis integritatē custodiare) dubium non est, quin postquam semel est corrupta, votum ipsius cesseret absolute; ideoque ipsa si velit, posset & contrahere matrimonium: & reddere atque petere debitum si contrahat, prout docent Caet. 1.2 quæst. 88. art. 3, col. penultima in principio, & Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 43. Si vero intendit absolute virginitatem voulere, cum tale votum sit simpliciter negatum, pura de non cognoscendo virum, etiam si violata sit: atque adeo virginitate amissa, votum fregerit, eaque de causa sit illi agenda pœnitentia: adhuc tamen tenerat ad votum ipsum deinceps feruandum, prout ei possibile est: videlicet abstinentio ab omnibus rebus Venereæ. Ita docent Caet. Nauar. & Sotus in iisdem locis: estque sententia D. Thoma in citato articulo, 3. ad 2. & supplementi Gabrielis in eadem columna 2.

283. Adhuc superest dubium circa impedimentum impossibilitatis An si nequit votum suum per se implere, teneatur implere per alium. Ad quod respondent Sylvestri, in verbo Votum 2. quæst. 10. Rosella in eodem verbo 1. §. 13. Supplementum Gabrielis in predicta quæst. 1. lit. L. col. 2. itemq; D. Anton. & Angelus quos referunt & sequitur Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 55. respondent non teneri regulariter. Et rationem reddunt: quia omne votum intelligenti fieri sub conditione, saltem tacita, si mihi possibile fuerit. Additum vero est regulariter propter duos causus ab iisdem authoribus memoratos, in quibus ea resolutio non procedit. Prior est, quando votum tacite saltem, ad tale quid extenditur: ut ipsum meliori modo quo potest impleratur, si impedimentum superueniat impossibilitatis, taliter ipsum implendi, qualiter emissum est. Exemplum illi adferunt ex Innocent. ad cap. Scriptura, De voto, quod est: Si quis voulcat profecitionem ad Terram sanctam pro subdicio impenitendo aduersus religionis hostes, & superuenientem impedimentum perpetuum talia profecitionis: is inde non sit omnino liber, sed teneatur per alium, ac meliori quo potest modo id ipsum subdicio impendere.

Posterior casus est, cum quis voulcat aliquid quod certus est se nullatenus per seipsum posse executioni mandare;

tunc omnia tenetur per alium implere, ne votum sit deforium. Ita post Panorm. ad cap. 1. De voto, habent Sylvestri, Rosella, & Nauar. locis citatis. Refutantes eos, qui addunt casum quo quis fuerit in mora implendi votum: si quidem neglexerit illud implere quando poterat, vel sua culpa effectus sit impotens ad illud implendum. Namque ad nihil aliud quam ad agendum de sua culpa pœnitentiam inde tenetur: cum impossibilitas superueniens ex se vim habeat excusandis ab executione voti: quandoquidem ex regula sexta iuria in 6. nemo potest ad impossibile obligari. Si tamen votum fuerit reale, hæres illius qui voulit, tenetur supplere omnismam voti adimplitionem: sicut & soluere cætera debita ipsius, vt in praeced. cap. 2. divisione penult. iam habuitum ex Palud. & aliis.

De excusatione ab ipsa voti executione, ratione intentionis voulentis.

S E C T I O III.

N^o 284. Otat Caet. in verbo Votum cap. 4. ex intentione voulentis, quando ea fuerit certa, vota recipere posse quæcumque impedimenta, excusationes ab executione. Ratio est: quia votum non extenditur ultra limites quos voluntas voulentis prescriperit: vnde si te ad illud præcise obliget, ad quod voulens intendit se obligare. Id quod satis indicant verba illa Deut. 23. Facies sicut promisisti Domino Deo tuo: & propria voluntate & ore tuo loquutus es. 1. Ratio vero est, quod votum sit quædam lex privata quam sibi ipsi sua sponte voulens imponit: & ideo tales ac tantam obligationem inducit, qualis ac quantum sibi imponere, ipse intendit. Commune est enim omni lege eatus obligare, quatenus legislator intendit. Quod si votum absolute emissum sit sine villa intenta limitatione, oportet (vt ibid. addit. Caet.) casus occurrentes interpretari secundum sacros Canones, & veritatis doctrinam: atque adeo secundum exigentiam materiae voti, considerata ipsius intrinseca natura, vel institutione Ecclesiastica, atque circumstantiis samdem materiam comitantibus aut consequentibus. Sic enim comparatum est, vt intentio voulentis, quæ principaliter fertur in voti materiam, accessorie feratur in eiusdem materia circumstantias, prout illas haec sequuntur aut comitantur: siue ex natura rei, siue ex Ecclesiastica institutione, ut contingit in Ecclesiastico ieiunio, adeo ut eo ipso quod voulens eas non excludit, nec mutat speciali intentione, censeatur implire ipsas voulere.

Porro ex duobus hisce documentis, tanquam fundamentis positis. Infertur primo cum, qui voulit sub aliqua conditione, non nisi eam fecuto teneri ad executionem voti, quod sic intentione ipsius limitatum est. Hochabent Palud. in 4. dist. 8. quæst. 3. artic. 2. concil. 1. Richar. eadem distin. art. 5. q. 3. D. Anton. 2. part. tit. 11. cap. 2. §. 4. & satis indicat D. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. 3. ad 3. Patet autem aperte ex priore fundamento ante posito. Sed tamen (vt bene Richardus ibidem notat) si voulens malitiose impedit euentum conditionis, non erit immunis à peccato violationis voti, quam se velle satis ostendit eo facto. Adeo ex Sylvestro in verbo Votum 2. quæst. 2. quod voulens, etiam non extante conditione, teneatur votum suum implere ratione scandalis: si nimis votum fuit publicum, & conditio fuit secreta, vel in corde retenta. Adde item ex eodem ibidem post D. Anton. loco citato: quod si votum factum fuerit sub pluribus conditionibus, nec voulens voluerit se obligare nisi omnibus illis extantibus: ipsum non ante teneri ad voti sui adimplitionem, quam omnes extent. Ratio patet ex eo quod ante habitum est, votum posse recipere quæcumque impedimenta ex voulentis intentione, quando ea fuerit certa. Sed si voulens sub pluribus conditionibus, nihil de dicta limitatione cogitauerit, aut an cogitauerit necne, discernere nequeat, tunc tutius esse votum adimplere. Imo (inquit Sylvestri) id videtur necessarium. Pro quo facit, quod ex cap. Verum de conditionibus appositis, donatum interpolata conditione, non posse postea à donatario reuocari. Voulens aurem aliquid sub conditione, donat illud Deo sub conditione,

qua' posita tenetur illud tradere. Nec enim obstat alias conditiones præter eam additas esse: quia inde non licet potius inferre, copulatiue esse voto appositus ad effectum continuandi suspensionem obligationis, donec omnes sint adimplæ: quam diuinitue ad effectum terminandi in unaquaque earum, suspensionem ipsam obligationis.

Ceterum quando ex verbis vouentis constituerit, conditions esse ab ipso appositus copulatiue (vt cum vout certam elemosynam si a Principe officium obtineat, & filius recuperet sanitarium) iudicari potest in dubio, tacitam intentionem ipsius fuisse non aliter obligare se voto suo, quam extantibus omnibus appositis conditionibus: præsertim si postea aduertat quod tunc noluisset alia ratione vouere. Ad hoc facit, quod ubi non constituerit de contraria intentione vouentis, is semper intelligi debeat intentionem habuisse faciendi illud quod declaratur verbis, ea accipiendo secundum propriam suam significacionem: sique in hac ambigua sint, ea interpretando iuxta usum communem personæ vouentis, aut sua regionis: aut iuxta circumstantias alias, ex quarum observatione ferri solet potestque iudicium de intentione vouentis. Qua de re pluribus Suarez De relig. tract. 6. lib. 4. cap. 7. dicto 3.

Inferritur secundo, ex istis positis fundamentis, Eum qui voto adimplendo, definitum tempus sibi præscriptum, teneri si possit in eodem præcise, illud executioni mandare. Itemque eum qui vouendo voluit se ad statim exequendum obligare, teneri statim illud exequi, prout congruerit doctrina D. Thomæ 2. 2. quest. 88. art. 3. ad 3. trahunt Sylu. in verbo Votum 2. quest. 3. Sotus lib. 7. De iust. & iure q. 2. art. 1. circa 4. argumentum, ac Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 41. & 54. Et pater: quia tunc quoad id, certa est intentione vouentis. Quod si is qui vout, vel nullatenus definitus tempus voto implendo, vel nequit reprehendere ad quod tempus voluerit se obligare: tunc tempus executionis, seu in quo incipi obligatio exequendi voti, & ultra quod executionem ipsam differe peccatum est; estimari debet iuxta conscientiam cuiusdem vouentis: nemirum vt si conscientia ipsius dicitur, quod per annum aut duos annos expectare non sit contra vinculum sui voti, is non censeatur peccare existendo in mora, tardando redire Deo tale vorum, ex Caiet. in verbo Votum cap. 4. & ad predictum D. Thomæ art. 3. in fine, & ex Nauar. in citato num.

41. Et certe tale vorum sic esse p[ro]p[ter]e interpretandum, ratio dicit: cum par sit credere, eam fuisse vouentis tacitam saltem intentionem: præfertim si probabilitate judicet, quod noluiset tunc ad illud certius implendum obligare se sub mortali. Etenim pro regula generali habendum est ex Sylu. in verbo votum 2. q. 17. in fine: quod homo per Votum non obligetur ultra illud quod actu cogitavit, aut quod si cogitasset, voluisse obligari: quia sicut iuramentum non extendit ad non cogitata verosimiliter, ex cap. Quemadmodum De iurirando: ita nec vorum, cuius pars est, ac illius ratio.

Sed quæri potest. An si vouens nequeat ex conscientia sua iudicio comprehendere rationabiliter, utrum sit in morta necne, teneatur statim vorum adimplere. Ad quod respondendum videtur: quod si nequeat id ex circumstantiis per se intelligere, teneatur exposcere boni viri iudicium, illudque sequi, hoc est, statim vorum adimplere, si ita ille definiat: sin contrarium statuar, dilatio executionis probabiliter censebitur licere. In definiendo autem virile bonus singulares conditions per longæ & materiæ pensare debet: & aduertere si vorum sit intrandi religione, ipsum de sua natura, non esse ad finem usque vita differendum: cum is qui illud emittrit, intendat Deo in hac vita seruire; quod non praefaret si iamiam moriturus ingrediatur. Idemque iudicium est de exercitis, quibus aliquid vouerit quod in morte non potest satis impleri, ex Palud. in 4. distin. 38. quest. 3. artic. 2. & Sylvest. in verbo Votum 2. quest. 5.

Inferritur tertio ex prædictis fundamentis: quid respondendum sit ad dubium, An qui voto præscriptum certum tempus, intra quod non impletum illud, teneatur adhuc ad ciudem observationem: v.g. vout quis hoc anno ieiun-

re certos dies, nec id impletum; an liber sit, vel adhuc teneatur ad ieiunium. Respondendum est enim, quod si vouens illud præcisæ tempus sibi ad ieiunandum præscribit ex devotione, quæ ad illud in Dei, vel alicuius Sancti reverentiam habuit: transacto eo non teneatur alio tempore ieiunium omissum implere. Id quod annotant Caiet. in verbo votum in fine, Sotus lib. 7. de iust. & iure quest. 2. art. 1. circa 4. argumentum. & Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 54. perinde scilicet ac ille qui in aliquo die Quartu temporum aut Quadragesimæ, aut vigilie alicuius festi indictum ab Ecclesia ieiunium non seruat, alio die ieiunare non tenetur. At vero si vouens tempus quidem implendi Votum præscriptum sibi: non tam illud, sicut in preced. casu, respiciendo principaliter: sed illud tanquam circumstantiam externam adiungendo materia voti; tunc eo transacto perleuerat obligatio implendi: vt cum quis vout ieiunare tribus diebus alicuius mensis, si votum intra eundem menem non impletat, eo transacto durat huc obligatio implendi. Cui obligationi cum primum potuerit, teneat satisfacere (quod etiam locis citatis habent Caiet. Sotus & Nauar.) perinde nempe, ac quando Confessor ieiunia certorum dierum in p[ro]minentiam iniungit, teneat Ponitens, si et tunc omiserit, eadem postea implere. Ceterum totum istud ex ante traditis fundamētis consequens est: quia in priore casu vouens intendit sibi aliiquid imponere (v.g. ieiunium) tanquam onus certe ac determinata diei; non aurem in posteriore casu, vt patet per ea quæ ex Nauar. in preced. num. 235. retulimus.

Inferritur quarto ex istis positis fundamētis, quod si quis vout in vigilia sancti Laurentij v.g. non comedere panem: & adhuc postea voutem nihil comedere præter panem diebus Veneris: si in talem diem vigilia illa incidat, neque vouens sit certus de sua intentione, iste teneatur utrumque votum obseruare, si potest sine periculo grauis infirmatis: sin minus teneatur illud obseruare quod prius emisit, nisi posterius fuerit præstauratus. Veritatem enim doctrina (iuxta quam ex Caiet. prædictum interpretandum esse vorum factum sine limitatione intentionis) tale quid expost: nempe, vt seruetur votum cum potest: atque vt posterius cum incompensabile fuerit priori, non teneat nisi sit de meliori bono. Quam resolutionem habent D. Anton. 2. part. tit. 11. cap. 2. §. 10. & Sylvest. in verbo Votum 2. quest. 17.

Qui etiam in preced. 16. & ante ipsum D. Anton. in codem §. 10. de voto ieiunandi in festo alicuius Sancti cum euenerit in Dominica, censet distinguendum: vt si vouens intentione fuit, se per ieiunium affigere, teneatur tunc iuxta communem Ecclesiæ consuetudinem die Sabbathi præuenire: si vero intentione fuit se ad devotionem maiorem per ieiunium disponere, teneatur eodem die ipsum seruare: quoniam ea ciuitas ex parte est bonum opus conductus ad Dei gloriam. Quod si neutrā intentionem habuerit, quia neuter eorum finium ei venit in mentem, debet vt in primo casu se consuetudini Ecclesiæ conformare: sin utrumque intendit, debet idem seruare quod in secundo casu, propter eam rationem.

Quo pacto sit interpretandum vorum eius qui sine exceptione vout se numquam clutum carnes in 6. feria, si in eam incidat festum Natalis Domini, habetur aperte ex cap. fin. de obseruat. ieiuniorum: quod talis debet tunc a carnis abstinere, prout nota Palud. in 4. dist. 38. q. 3. art. 4. conclus. 4. Addens in sequenti quinta, eum qui vout certa die vinum non bibere, si celebet debere ablationem non aquam sed vinum sumere, quia id præceptum est Ecclesiæ, & non tantum permissio, sicut comedere carnes in die Natalis Domini.

Nonnulla alia notanda in ferendo iudicio de excusatione à votis obseruatione.

SECTIO IV.

Primum est, de quo Suarez in tract. 6. de relig. lib. 4. cap. 8. à num. 5. cum neque ex verbis neq; ex vouentis intentione determinari potest quidnam sit, de quo votum emisit, liberum esse illi ex iis de quibus dubitat probabilit-

ter,

ter, eligere quod maluerit. Nec enim tunc tenebitur amplecti id quod fuerit rigorosus, quia non magis ad illud, quam ad aliud de quo perinde dubitat, obligatur. Hinc idem Suarez num. 6. statuit eum qui voulit, & que est in veramque partem incertus, vouliterne castitatem absolvitur, aut vouliterne castitatem, non intendendo priuare se vnu matrimonij, sed solum obligare se ad abstinentiam ab omni Venera voluptate illicita: aut vouliterne religiosi ingressum ad eam probandum, an ad profitendum & perseverandum perpetuo in ea. Statuit in qua in talibus, alisque similibus voulenti liberum esse eligere patrem minus onerosam, quando utraque fuerit & que incerta. Qua tamen in re procedendum est maturi iudicio, ita nimis ut diligentia adhibeatur, ad rei veritatem explorandam: atq; verba quibus emissum est votum, ponderentur. Nam si ea ostendunt votum esse factum de eo quod rigorosum est, quidquid dubitetur de intentione, qua prolati sunt, standum est illis ob vehementem presumptionem quam adserunt: nisi coniectura habeantur, quae sufficiant ad iudicandum probabilitatem, quod intentione voulentis non fuerit ad eam quibus verbis.

292. Secundum est, de quo Suarez in eodem cap. 8. num. 9. & 10. Quando in voto determinata rei qualitas aut quantitas nequit probabiliter senti adhibita morali diligentia, neque adhibito prudentis arbitrio: neque ex verbis quibus emissum est votum, neque ex circumstantiis materia de qua est emissum, neque ex intentione voulentis: determinationem eiusmodi relinqui huius arbitrio, tanquam positam in ipsis potestate, perinde ac fuit quando voulit. Atque hinc est quod ille qui sine limitatione sua intentionis voulit aliquid, quod potest tum maius, tum minus esse, satisfaciat praestando illud quod est minus. Et ita ille qui voulit in elemosynam dare nummum aureum, cum non omnis talis numerus sit eiusdem valoris, sed alias plus valeat, alias minus, neque ipse hunc neque illum intenderit determinate (adeo ut voti obligatio non cadat potius in vnum quam in alterum) potest quem velit dare, prout expressit Armilla in verbo Votum numero 21. bene excipiens, nisi in mente habuerit dare illud quod maius est: aut nisi minus tale sit, quod tamē personam voulere Deo, ridiculum videi posse prudenti, nec bona sed mala fide in eo agi.

Pari modo ille qui voulit dare quotannis pauperibus vnam mensuram tritici, quae in vnu, est diuersa quantitas, nec constare potest quam determinauerit voulendo, potest eam quam velit dare, prout cum Hofstien. tener Angelus in verbo Votum 3. §. 22. & approbat Sylvest. in eodem verbo 2. quæst. 15. quamvis iudicent melius esse, ut det eam quam tunc cogitabat, aut quam determinassem si cogitasset. Ad quod confirmandum illi inducunt textum capituli Ex parte De censibus: vbi cum non constaret, secundum quam mensuram debitu quoddam ex voto, præcise efficer in obligatione: responderet illud posse secundum minorem mensuram exolu, cessante consuetudinis interpretatione. Qua de re Couar. ad cap. Iudicante De testamentis num. 4. & 5.

293. Tertium est, Quando in vouendo nihil determinatum est de loco, in quo executioni mandaretur promissum, relinqui in arbitrio voulentis determinationem illius, sicut & præcedentium, ob camdem rationem. Et ita ei qui voulit ingredi aliquam religionem, liberum est ex monasterio eligere quod velit dummodo in eo religiose vivatur, professoque seruatur. Nam Doctorum consensus est, ut tangit Suarez in eod. cap. 8. num. 11. non satisficer tali voto, si eligatur monasterium in quo nec religiose vivitur, nec professo seruatur. Et ratio est: quia si non satisficer tali voto, quoad ipsius substantiam: siquidem voulere ingressum religionis; idem est ac obligare se Deo ad assumendum statum in quo religiose vivitur. Videi potest Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 45. & 46. Par ratione is qui voulit alias preces fundere, tenetur eligere locum in quo possit id facere cum attentione. Hæc enim est conditio, quæ intime includitur in actu precandi Deum: adeo ut preces illas fundens sine attentione, non satisfaciatur voto,

vt nec latifaceret Missam audiens sine attentione, si votum esset audire.

Quartum est Votum negatiuum, se qui in eo naturam præcepti negatiui, quod obligat ad semper & pro semper, eo tempore pro quo emissum est; nisi addita sit aliqua limitatio intentione voulentis. Sic igitur ille qui voulit nunquam bibere vinum, quoties bibit peccat tanquam voti transgressor: qui vero voulit certo tantum tempore non bibere, toties peccat quoties intra idem tempus biberit, nisi derur iusta exoneratio. Votum autem affirmatiuum, sic obligare ut perinde peccetur diu differendo illius executionem, ac eam omitendo, prout iam docuimus in præced. num. 232. additis in num. 233. tribus casibus, in quibus talis dilatio excusat peccato. Vide etiam dicta in hoc ipso cap. num. 286.

294. Quintum est finem voti non cadere sub votum, vt nec finis præcepti cadit sub præceptum nisi forte expresse voulentis intentione fuerit obligare se ad votum ex certo bono fine seruandum) neque enim is qui elemosynam dare voulit eo fine, vt satisfaceret pro suis peccatis: vel voulit ieiunium eo fine vt castigaret corpus, censabitur violasse votum, si ipsum executioni mandet quidem, non tamē illo ipso fine quo voulit. Ratio est, quia non eo ipso, quod quis aliquo fine motus est ad aliquid voulendum, censendus est voulife, id ipsum promissum futura exequi ex eodem fine. Quare ad id non obligatur. Ad eum consequenter confirmationem facit: quod interdum derur votum obligatorium, quod non potest impleri eu fine, quoniam factum est, cum is forte sit malus, ideoque ex eo agi non debeat.

Postremum est: modum actionis non cadere sub votum de ea factum: vt nec sub præceptum de ea datum, nisi is pertinet ad eisdem substantiam, sicut attentio pertinet ad substantiam orationis: vel nisi voulens directe intendat illum includere in voti obligatione. Ratio est quā habet Suarez in eodem cap. 8. num. 15. quia votum obligat tantum ad id quod formaliter aut virtute per ipsum promittitur. Modus autem actionis non promittitur per votum, nisi is vel in actione ipsa includatur, vel voulentis intentione, directe adiungatur materia tanquam pars. Quare extra hosce duos casus, modus actionis que voulentis non cadit sub votum ipsum: ita vt arbitrio voulentis relinquant secundum eum agere vel nō agere, ad voti implementationem. Et ita qui voulit dare elemosynam, euāmisi nec ex charitate, nec ex habitu liberalitatis eam det, sed ex vanagloria non censabitur voti reus: nec etiam qui voulit elemosynam licet alias intemperat comedat, voto satisfacit, si sumat tantum vnam in die refectionem circa meridiem, nec vratur cibis vetitis (quas conditiones ieiunium in sua substantia includit ex Ecclesia confuetudine) quia seruat votum quod spectat ad voti substantiam.

C A P V T X X I.

De irritatione voti.

S V M M A R I V M.

295. Quid fit irritatio voti, & quorum sit potestas irritandi.
 296. Superioris quorum est talis potestas non possunt irritare vota ab inferioribus facta de iis, quorum ipsi habent liberam dispositionem.
 297. Votum que irritari possunt, tenent donec irritentur.
 298. De eo quod vota inferiorum intelligenda sint cum conditione, si Superior voluerit, nec renuntiatur.
 299. Diuersa via illarum conditionum: si Superior voluerit: & si Superior non renuntiatur.
 300. Quatenus valeant vota a Religioso facta de sibi probabilitate.
 301. De aliis inerioribus idem esse dicendum ac de Religioso: & quidde Euseb.
 302. Irritatio voti facta sine causa ab habente legitimam potestatem, tollit illius obligationem.
 303. Ex censere potestatum veniale in irritante, non tamen in illo quae ex virtute.
 304. Est peccatum Superior sine iusta causa irritando votum subdit, in quo l' ante a censit, validat tamen est irritatio.